Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26114
Copyright: Admont, Benediktinerstift



226

De diuite cui ager uberes fructus attulit.
HOMILIS cuius dā XLVIII.

diuitis uberes attulit possessio fructus. ⁊ cogitauit apud se dicens. Quid faciam. quia non habeo quo colligam fructus meos. Et dixit hoc faciam. destruam apothecas meas ⁊ horrea. ⁊ maiora edificabo. illuc congregem fructus meos. & dicam anime mee. Habes multa bona reposita. gaude ⁊ iocundare. Dixit autem illi deus. Stulte hac nocte exposcunt ate aiam tuam. ea quę congregasti. cuius erunt. O cęcitas auari. fris dulcmi una nox ei supabat. et de multorum annorum uita satagebat. gaudebat quia multum sibi nascendum uidebat. ⁊ non sciebat quam nichil secum tollebat. sed hec omnia dimittebat. Hoc ei uitam fugabat. ⁊ de crastina cogitabat. Quid in aliis spectabat. in se non spabat. Hinc uidit morientes. uiderat possidentes. uidit nemine secum tollere. Quanti fuerunt qui dicunt. Tantum habeo. tantum facio. tantum ualeo. Quibus respondendum est. Stulte hac nocte aiam tuam auferent ate. quę congregasti. cui erunt. Letatur diues stultus. nocte morituus. Quantumcumque cupiditatis radices suas ubique distendat. quantumque rapiat. necesse est in una hora totum dimittat. Sed dicturus es. Habeo filios quibus laborem habeo. quibus proficiam. habeo quibus curam maximam geram. Quam curam geris filiorum. Vt eos obserues lacrimis miserorum. Non est hoc filios amare. sed potius iugulare. Hes cis quam infruge arbor dinoscitur. nescis quia quid in radice celatur in ramis declaratur. ⁊ quid latet in foliis. enitescit in pomo. Nolo te tale patrem sentiant filii tui. nolo sic pro